



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2241. Markgraf Woldemar bekennt als Vormund seines Neffen, des
Markgrafen Johann, für denselben von dem Rathe zu Lübeck die 600 Pfund
zu Pfingsten fälliger Reichssteuer empfangen zu haben, am 9. Juni ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2240. Markgraf Waldemar befreit die Bürger zu Soest von dem Strandrechte in seinen Landen und sichert ihnen verschiedene Rechte zu, am 21. Januar 1308.

In nomine domini amen. Waldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, Tutorque illustris marchionis Johannis, vniuersis cristi fidelibus in perpetuum, utriusque vite prosperitatem. Quoniam iuxta verbum sapientis vnumquemque decet fore memorem beneficii et virtutis sibi facte, Ad noticiam omnium cupimus peruenire, dilectos nobis . . . Ciues Sufatenfes, Colonienfis dyocefis, suis erga nos virtutibus meruisse, quod eorum commodum et honorem, plus ceteris affectamus volentesque eis nostrum affectum in effectu demonstrare, predictos Ciues Sufatenfes recepimus, et litteris presentibus recipimus in nostram protectionem et gratiam specialem, Talem videlicet, quod in quocunque loco nostrarum Terrarum naufragii periculum inciderint, omnia bona, que suis laboribus et sumptibus de periculo maris vel fluminum quoruncunque eripuerint, cessante cuiuslibet contradictionis obstaculo, sibi integra remanebunt, et quilibet eis ad talium bonorum ereptionem cooperans, pro suis laboribus et sumptibus recepto mercede graciola, nichil amplius de bonis talibus ufurpabit. Nullum eciam dictorum Ciuium, paciemur in nostris Terris, pro delictis alienis arrestari, vel aliquo modo impediri, Nosque in impedimentum eorundem Ciuium nichil attemptabimus, nisi preintimatione sex Ebdomadaram honesta preeunte. Preterea, de mera liberalitate, prefatis Ciuibus indulgemus et presentibus litteris indulgemus, quod aliquo ipsorum in nostris Terris decedente, bona ipsius apud aliquem honestum deposita, per annum et diem integra conseruentur, defuncti heredibus reddenda, dummodo infra annum et diem se pronunciant, talia bona debite petituri. Hiis et aliis virtutibus volentes illustrium Principum progenitorum nostrorum, vestigia imitari, prefatos Ciues Sufatenfes prefatis graciis perpetuo libertamus, dantes eis has litteras, nostri Sigilli munimine roboratas, in testimonium perpetue firmitatis. Datum Sufati, XII kal. febr. anno dominice incarnationis millesimo Trecentesimo Octauo.

Aus Seiber's Urkunden-Buch. Original im Soester Archive.

2241. Markgraf Waldemar bekennt als Vormund seines Neffen, des Markgrafen Johann, für denselben von dem Rathe zu Lübeck die 600 Pfund zu Pfingsten fälliger Reichssteuer empfangen zu haben, am 9. Juni 1308.

Nos Waldemarus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, Recognoscimus et ad vniuersorum presentibus peruenire cupimus notionem, quod honesti viri et prouidi, consules ciuitatis Lubeke, nobis ex parte patris nostri marchionis Johannis, cuius tutor sumus, sexcenta talenta lubicensium denariorum in festo Pentecostes proxime preterito plenarie persoluerunt, et predictos consules ab huiusmodi

perfolucione; videlicet dictorum denariorum anni supradicti, liberos dimittimus penitus et solutos. In cuius rei testimonium presens dedimus scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Datum Templin, anno Domini millesimo trecentesimo octauo, in die beate Trinitatis.

Aus dem Lübecker Urkunden-Buch, Theil II, S. 199.

2242. Die Markgräfin Anna nimmt das Kloster Frauenrode in ihren besonderen Schutz auf, am 29. Juni 1308.

Anna, dei gratia quondam Brandenburgensis et Lusacie Marchionissa Dominaque de Hennenberg, viris famosis et honestis militibus et vasallis, advocatis, officialibus nostris in districtum terre nostre Franconie universis — Supplicantibus — claustralibus de Vrowenrode, quod — ipsas sub nostra protectione ratione defensionis dignaremur recipere et tutela; Ne ita dicti nostri subditi bona earum temerario modo devastarent; — Nos — de plenitudine nostri potestatis nomine veri et iusti testamenti Domini Hermanni, Marchionis Brandenburgensis, quondam Domini nostri et mariti, dictas personas in Christo devotas permittimus, concedimus et volumus honorum predictorum omni possessione frui pacifica atque plena — presens scriptum dari iussimus presentibus Cunrado de Hefepurg, Ottone de Steten, Hinrico Marscalco, Hermannno de Brenden militibus et Hinrico de Hirkefeldt — A. d. Millesimo trecentesimo VIII^o. in die Petri et Pauli Apostolorum.

Vollständig in Beschlein's Werke über Otto von Botenlauben.

2243. Herzogin Beatrix von Schlesien bekennt, daß Markgraf Otto von Brandenburg Streitigkeiten über ihr Wittthum scheidsrichterlich entschieden habe, am 20. September 1308.

In nomine Domini amen. Nos Beatrix, D. G. Ducissa Zlezie Et Domina De Vürstenberch, notum esse volumus universis — quod cum super Discussionem Dotalitii, quod inter nos ex Parte una et heredes nostros carissimos Dominum Bernhardum et Bolconem ex altera vertebatur, in illustrem Principem Dominum scilicet Ottonem Marchionem Brandenburgensem alternatim consensimus: Idem Dominus Otto omnibus et singulis sagaciter trutinatis consideratis nobis adjudicando invenit, ut quandoquidem post Obitum Mariti nostri Carissimi, Domini inquam Ducis Bolconis, cujus memoria sit in Benedictione, nostris Denariis Cum igitur ad Capellam Castri in Strzegom, quam nostris Denariis edificari fecimus et ad ipsam edificatam X marcas Redituum annis singulis contulimus